

1183 nimium credulus et rem neque discutere nec preter-
ire volens in tantam exarsit vehementiam, ut in
abbatem pariter et monachos non confessos aut con-
victos sententiam iacularet electionis irrevocabilem,
et quia ordo noster in Thrago multum ei compla-
cebat, cuius ad instar Sylensem domum informare
gestiebat, missa legatione in Heinvelt petivit ibi
conventum cum abbate in locum, quem haberet
sicut dicebat amenum, vacantem, religioni habi-
lem, sed de personis eiciendis omnino tacuit. Bre-
viter dicam: quod petivit obtinuit, et electis iam
fratribus, cum de abbate eligendo ageretur, cecidit
prima vox super priorem illius ecclesie nomine
Adolphum, virum sane matrum et sanctum,
sed ipse nullo modo acquievit adiutans eos et
contestans per nomen Domini nostri J. Jesu
Christi, ut cessarent ab eo, & cumque nec sic quies-
cerent, sed irgeretur obedientie vinculis, ille inter-
dum contraria elegit, quod minus videbatur, et ma-
luit ad horam esse inobediens, quam omnis as-
sumere, quod sibi videretur importabile. Pro quo
reatus postmodum nudatus humeros et pedes veniens
in capitulum cum virga humiliter satisfacit
secundum disciplinam ordinis nostri datus per hoc